

SCRIPTA

Numéro Scripta : 196

Auteur(s) : Gautier, Dreux (comte)

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...965...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Gautier, comte de Dreux, concède à Saint-Père de Chartres l'église d'Armentières vendue par son fidèle Archinulfus. Il y ajoute, ainsi qu'Archinulfus, l'église de Rohaire.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t.1, p. 72-73.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 131.

Indications

Grierson Philip, *L'origine des comtes d'Amiens, Valois et Vexin, Le Moyen Age* n°49, 1939, p. 100-101, note 120.

Dissertation critique

Gautier, comte de Dreux, confirme une autre donation à Saint-Père de Chartres en 965. Il mourut un 14 janvier d'une date inconnue.

Texte établi d'après a

In nomine Domini et salvatoris nostri Ihesu Christi. Comes VValterius, notum esse volumus omnibus tam præsentibus quam futuris, quia adierunt presentiam nostram monachi Sancti Petri Carnotensis, ut eis ex nostra parte concederetur, quatinus liceret eis comparare ecclesiam ex beneficio Archinulfi fidelis nostri, de cuius est beneficio nomine Ermenteriae, simul cum omnibus in eadem villa et ejusdem Archinulfi beneficio pertinentibus. Quod, eo consentiente simul et precante, libenti animo annuimus. Terminatur autem ipsa terra ex uno latere fluvio Arvæ, altero latere via publica, una fronte fluviolo vulgari nomine Berlo vocitato, quarta fronte dividitur ipsa terra ab illa quæ continetur ab Evroldo Villare. Infra has terminaciones, totum quod ibi continetur, concedimus, terras tam cultas quam incultas, tam eam quæ videtur esse silva, pro precio quod inter Archinulfum et monachos complacuit ; ea ratione ut annis singulis in festivitate sancti Martini, quæ est III idus novembris, dent monachi Archinulfo, et post ejus obitum suis heredibus, solidos duos pro caritate et custodia loci ; et nulla omnino alia res ab eis requiratur, atque æcclesiam omnemque terram quam diximus jure perpetuo, sine ulla calomnia, possideant ac teneant nunquamque ammittant ; alteram autem æcclesiam, quæ in vicino est, Roheria dicta, pro animæ meæ remedio et uxoris meæ Evaæ voluntariae, ipsis concessimus. Etiamque Archinulfus, qui in eadem æcclesia partem habebat, cum filio suo Roscelino, exemplum nostrum secutus, eodem tenore similiter facit. Ut autem hee traditiones omni tempore firmæ

et stabiles permaneant, secundum petitionem monachorum, conscriptionis cartam eis fecimus, et manu nostra ac fidelium nostrorum subterfirmare curavimus. Si quis igitur has donationes irritas facere voluerit, aut aliquo modo destruere, aut plus aliquid quam supra posuimus requirere, aut aliqua prava consuetudine habitatores gravare, iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Dathan et Abiron atque Juda traditore et ipso Antichristo et angelis ejus infernalem dampnationem in flamمام ignis æterni perpetualiter incurrat.

Actum Drocis, publice.

Walterius comes. Eva comitissa. Erchenulfus et Roscelinus, filius ejus, qui venditores et datores fuerunt præfatarum rerum. Albertus. Baldricus. Urso. Marcuardus. Salico. Hadebrandus. Gosfredus. Nanterus. Anseius. Rainardus presbiter. Anfredus. Erenbertus. Haimo. Gislebertus. Hubertus. Hugo. Emmo. Magenardus. Hilgaldus. Evrardus. Alo. Hugo.